



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XIX. Der Markgrafen Otto, Conrad und Johann Privilegium zur Anlegung
einer Apotheke in Prenzlau, vom 1. April 1303.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

CC°. LXXXXIX°. In crastino Circumcisionis domini et Data per manum domini Johannis Clepelshagen, nostre curie capellani.

Nach Westmann's Abschrift des Originals.

XIX. Der Markgrafen Otto, Conrad und Johann Privilegium zur Anlegung einer Apotheke in Prenzlau, vom 1. April 1303.

Nos Otto et Conradus et Johannes, dei gratia Brandenburgenses et de Landesberc Marchiones. Cum manifesta recognitione tenore presencium protestamur, quod dilecto nobis Walthero Juniori, cui in Prinzelaw, Exhibitori presencium, apotecam ibidem pleno iure contulimus possidendam et quiete et pacifice gubernandam. Adiiicientes ex gracia et fauore speciali, quod nulli hominum licet aut licebit quomodolibet, quod possit aut debeat circumquaque huic predictae ciuitati et loco construere vel edificare ad decem miliaria aliam Apotekam. Preterea hereditatem suam, quam nunc habet in ciuitate eadem aut in posterum cum habere continget, hanc ipse et sui pueri seu heredes quieta possessione et liberaliter possidendam modis omnibus possidebunt. In huius rei euidentiam presens damus scriptum nostris sigillis roboratum. Testes huius rei sunt: Conradus Rauen, dapifer, Conradus de Redere, Tzulis de Wedele, Johannes de Sydow, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum in Vitemanstorp, Anno domini M°. CCC°. III°. secunda feria post festum palmarum, per manum domini Zfacarii.

Aus Klödens Waldemar I., S. 417—418 nach der Urschrift im Anhalt. Archiv.

XX. Die Markgrafen Otto, Heinrich, Johann und Woldemar bestätigen das Marien-Magdalenen-Kloster in Prenzlau, am 7. September 1304.

In Nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Otto, Hinricus, Johannes et Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenses et de Landesberch Marchiones, Univerfis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu auditoris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Necessaria est rerum gestarum Descriptio et maxime earum, que habentur pro cultu divino, ne posterio obliuione moti denegare valeant maturo priorum consilio stabilita. Hinc est quod cunctis Cristi fidelibus cupimus fore notum, quod nos considerantes et piuum esse indigentibus subuenire et illis precipue, qui ob amorem Dei, mundum et ejus concupiscentias contempserunt, sub monastice religionis habitu, Crucem Cristi spiritualiter in suo pectore iugiter bajulantes. Igitur ad reverentiam Jesu